



Königliches Marienstifts-Gymnasium zu Stettin.

Oster-Programm 1887.

Herausgegeben

von

Dr. Gustav Weicker,

Königl. Gymnasial-Direktor.

Inhalt:

1. Callimachea. Scripsit GEORGIUS KNAACK, Phil. Dr.
2. Schulnachrichten. Vom DIREKTOR.

STETTIN.

Druck von Herrcke & Lebeling.

1887.

1887. Progr.-Nr. 130.



CALLIMACHEA.

Callimachi poetae Cyrenensis fragmentorum qui post Ricardum Bentleium virum summa admiratione dignum suscepit et colligendorum et explicandorum munus multa quidem et egregia praestitit O. Schneider vir doctissimus, sed nimio plura sciendi studio abreptus, Aetiorum inprimis operis longe celeberrimi formam descripsit a Callimacho alienam. quae cum ita se habere viri docti diu perspexerint, mirum est paucos fuisse qui rectoris Aetiorum imaginis informandae operam in se susciperent. nimirum singulari opus est disquisitione, ut primum singularum elegiarum definiantur argumenta, nam forma carminis descripta reliquias ipsas versu conditas plerumque sine magno negotio inferre licebit. atque cum ante septem fere annos ego auctore et suasore Udalrico de Wilamowitz-Moellendorff Linum et Phyllidem restituere conatus essem¹⁾, iterum munere dissertationis scribendae ad me delato, selegi nonnulla, de quibus (etsi laus doctrinae paene integra debetur Schneidero) rectius dicerem, quam illi licuit.

I.

Cono a Photio (bibl. cod. CLXXXVI) excerptus de Apolline Aegleta haec refert c. 49: *Ὡς ἐν Ἀνάφῃ τῇ νήσῳ (αὕτη δ' ἐστὶν ὑπὲρ νήσον Θήρας οὐχ ἐκὰς τῆς Λακεδαιμονίων) ἱερὸν Ἀπόλλωνος Αἰγλήτου ἰδρῶνται, ἐν ᾧ σὺν τωθασμῷ οἱ ἐπιχώριοι θύουσι δι' αἰτίαν τοιαύτην. ὅτε Ἰάσων ἐκ Κόλχων Μήδειαν ἀρπάσας οἰκάδ' ἔπλει, χειμῶν αὐτοὺς ἄφατος περιέσχε καὶ ἀμηχανία πᾶσα. εὐχομένων δὲ²⁾ καὶ πολλὰ τῶν ἐν τῇ Ἀργοῖ δεομένων Ἀπόλλων τίξον αὐτῶν*
5 *ὑπερνασχῶν τὰ δεινὰ διέλυσεν ἅπαντα καὶ σέλατος ἐξ οὐρανοῦ διαύσσοντος νήσον ἀνέσχευεν ἢ γῆ ἐκ τοῦ βυθοῦ, εἰς ἣν ὀρμισάμενοι ὡς πρῶτον ὀφθεῖσαν ὑφ' ἡλίου τότε Ἀνάφην ἀπὸ τῆς συντυχίας ἐκάλεσαν καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος Αἰγλήτου ἰδρῶσαντο καὶ εὐφραίνοντο τῆς ἀνεπίστου τῶν κακῶν ἀπαλλαγῆς <θυσίαις> καὶ [ταῖς] ἄλλαις εὐωχίαις. Μήδεια δὲ σὺν ταῖς ἀμφ' αὐτὴν γυναιξίν, αἱ δῶρον ἔσαν γάμων τῶν Ἰάσονος, παίζουσαι μετὰ μέθην ἔσκαπτον τοὺς ἦρωας ἐν τῇ*
10 *παννυχίδι· οἱ δὲ ἀντετάθραζον τὰς γυναικας. ἐκ τούτου τοιγαροῦν καὶ Ἀναφείων ὁ λαὸς (ᾠκισθῆ γὰρ ἡ νῆσος) ἀνὰ πᾶν ἔτος Ἀπόλλωνι Αἰγλήτῃ κερτομοῦντες ἀλλήλους ἐορτὴν κατὰ μίμησιν ἐκείνων ἄγουσιν.*

Hanc fabulam viri docti ex Apollonii Argonauticis (IV 1694—1730) haustam esse statuerunt. at tria refert scriptor, quae frustra quaeres apud illum, sitam esse Anaphen insulam

¹⁾ *Analecta Alexandrino-Romana* diss. Gryphisw. 1880 p. 14 sqq.

²⁾ 4 verba turbata restitueris ex Apollonio IV 1703 sqq. 5 scribendum fortasse ἢ Γῆ. 8 θυσίαις add. Heyne ταῖς del. 10 Ἀναφείως A corr. I. Bekker Ἀνάφης vulg.

prope Theram insulam Lacedaemoniorum, tempestate gravi iactatos esse Argonautas cursus inscios, laete esse epulatos in insula Apolline auctore ex imo mari orta. atque ut taceam de situ insulae accurate definito, et tempestatem et comissionem haud male esse excogitatas quivis sponte intellet. quid? nonne satis mirum quod dicit Apollonius 1694 sqq.:

αὐτίκα δὲ Κορηταῖον ὑπὲρ μέγα λαῖψμα θεόντας
νῦξ ἐφόβει τὴν πέρον τε κατουλάδα κικλήσκουσιν
νύκτι ὄλοην οὐκ ἄστρα διόσχανεν, οὐκ ἀμαρυγαὶ
μῆνης.

κατουλάδα νύκτα teste scholiasta e Sophoclis Nauplio sumpsit, sed scimus noctem illam, qua naves Graecae ad scopulos Caphereos allisae sunt, non solum caliginosam sed etiam procellosam fuisse. quod disertis verbis addere debuit poeta, ut addidit Homerus ξ 457 sq., quem ni fallor ante oculos habuit:

νῦξ δ' ἄρ' ἐπῆλθε κακὴ σκοτομήνιος, ἕε δ' ἄρα Ζεὺς
πάννυχος· αὐτὰρ ἄει Ζέφυρος μέγας αἰὲν ἔφνυρος.

mirum quoque Argonautis nihil suppeditasse, unde deo servatori liberaliter possent sacrificare: 1719 sqq.:

ῥέξον δ' ὅσα περ ἄνδρες ἐρημαίῃ ἐν ῥέξειν
ἀκτῇ ἐφοπλίσειαν· ὃ δὴ σφραγὸς ὀππότε δαλοῖς
ὔδωρ αἰθομένοισιν ἐπιλλείβοντας ἴδοντο
Μηδείης δμωαὶ Φαιηκίδες, οὐκέτι ἔπειτα
ἴσχειν ἐν στήθεσσι γέλω σθένον, οἶα θαμειᾶς
αἰὲν ἐν Ἀλκινόοιο βοοκτασίας ὀροῦσσαι.

quid multa? duobus inventis illis vim narrationis non infringi, sed augeri tam perspicuum est, ut verbis parcere liceat. sed a Conone, qui auctores suos solet exscribere,¹⁾ talia addita esse non est credibile. immo latet auctor in verbis Cononis αὐτὴ δ' ἐστὶν ὑπὲρ νήσου Θήρας οὐχ ἕκασ τῆς Λακεδαιμονίων, quippe quae accurate congruant cum fragmento Callimacheo 113^a Αἰγλήτην Ἀνάφην τε Λακωνίδι γείτονα Θήρη bis laudato a Strabone:

I 46 c.

λέγεται πολλὰ τεκμήρια τῆς τε Ἰάσονος στρα-
τείας καὶ τῆς Φοίξου τῆς δ' Ἰάσονος καὶ
τῶν ἐπιδιωξάντων Κόλχων καὶ μέχρι τῆς
Κρήτης καὶ τῆς Ἰταλίας καὶ τοῦ Ἀδρίου,
ὧν ἕντι καὶ ὁ Καλλίμαχος ἐπιση-
μαίνεται, τοτὲ μὲν

Αἰγλήτην e. q. s.

λέγων

ἄρχμενος, ὡς ἦρωες ἀπ' Αἰγίαιου Κυταίου

αὐτὶς ἐς ἀρχαίην ἔπλεον Αἰμονίην

(fr. 113^b), τοτὲ δὲ περὶ τῶν Κόλχων.

— sequitur fr. 104.

Hexametrum soluta oratione expressum cum initio fabulae posuerit mythographus, haud

X 484 c.

περὶ δὲ τὴν Κρήτην εἰσὶ νῆσοι, Θήρα μὲν ἡ
τῶν Κυρηναίων μητρόπολις, ἄποικος Λακε-
δαιμονίων, καὶ πλησίον ταύτης Ἀνάφη, ἐν
ἣ τὸ τοῦ Αἰγλήτου Ἀπόλλωνος ἱερόν. λέγει
δὲ καὶ Καλλίμαχος τοτὲ μὲν οὕτως

Αἰγλήτην e. q. s.

τοτὲ δὲ τῆς Θήρας μνησθεὶς

μήτηρ εὐλίπου πατρίδος ἡμετέρης.

(fr. 112).

cf. Schneider Call. II p. 79 sqq.

¹⁾ cf. quae disputavi in *Analectis Alexandrino-Romanis* p. 27 sq. p. 49 sqq.

procul afuisse ab exordio elegiae Callimacheae suspicor, etiamsi aliter visum est Schneidero (Call. II p. 94). atque cum certum vestigium doctrinae Callimacheae deprehenderimus, persequenda sunt cetera, num forte e Conone tenor narrationis Battidae restitui possit. res Anaphae gestas praeter Cononem satis copiose refert Apollodorus bibl. I 9 26, 1: *πλέονες δὲ νυκτὸς σφοδρῶ περιπίπτουσι χειμῶνι. Ἀπόλλων δὲ σιὰς ἐπὶ τὰς Μελαντείους πέτρας <Μενoitίου δειράς codd. corr. Heyne et Hercher in adnot.> τοξεύσας τῷ βέλει εἰς τὴν θάλασσαν κατήσπραψεν. οἱ δὲ πλησίον ἐθεάσαντο νῆσον, τῷ δὲ παρὰ προσδοκίαν ἀναφανῆναι προσορμισθέντες Ἀνάφην ἐκάλεσαν. ἰδρυσάμενοι δὲ βωμόν Ἀπόλλωνος Αἰγλήτου καὶ θυσιάσαντες ἐπ' εὐωχίαν ἐτράπησαν. δοθεῖσαι δὲ ὑπὸ Ἀρήτης Μηδεία δώδεκα θεράπαιναί (cf. Apoll. IV 1221) τοὺς ἀριστέας ἔσκαπτον μετὰ παιγνίας. ὄθεν ἔτι καὶ νῦν ἐν τῇ θυσίᾳ ταύτῃ σὴνηθὲς ἔστι σκάπτειν ταῖς γυναιξίν. habes iterum tempestatem cum nocte coniunctam, habes comissionem Argonautarum: ergo ex eodem fonte et Cono et Apollodorus hauserunt, quem Callimachum fuisse fragmento 113^a supra adlato probatur. accedit alterum incerti quidem auctoris (fr. anon. 289 Schn.) apud Choerob. dict. p. 280 (Herodian. II p. 301 et 627 L.): *Μελαντείους δ' ἐπὶ πέτρας*, sed a Schneidero verissime Callimacho vindicatum, quod insertum est verbis Apollodoreis. situm fragmenti confirmat Apollonius 1706 sqq.:*

*Ἀρηϊόδη, τὴν δὲ κατ' οὐρανοῦ ἴκεο πέτρας
ἴμιφα Μελαντείους ἀριήκοος, αἴτ' ἐνὶ πόντῳ
ἦνται· δοιᾶων δὲ μιῆς ἐφύπερθεν ὀρούσας
δεξιτερῇ χρούσειον ἀνέσχεθες ὑπόδι τόξον
μαρμαρέην δ' ἀπέλαμψε βιὸς περὶ παντόθεν αἰγλήν.*

sagaciter quidem Hercherus *πέτρας* apud Apollodorum scribendum esse coniecit, tamen haud scio an aliud lateat sub corruptela *δειράς* fretus glossa Hesychii *Μελάντ<ε>ιος χοιράς ἢ χοιράδες ἤγονν σκόπελος*, ex qua fragmentum redintegrari potest:

Μελαντείους δ' ἐπὶ πέτρας

χοιράδας¹⁾

ceterum Choerobosco i. e. Herodiano auctore adiectivum illud *διὰ τοῦ εἶ* scribendum esse recte monuit Schneiderus Call. II. p. 761 (cf. Etym. M. p. 142, 54. Etym. Flor. p. 213 Mill.). itaque in Orphei qui fertur Argonauticis 1355, ubi *μελαινεῖοισιν ἰκέσθαι* traditum est, adsumpta Hermannii coniectura scribendum cum Heynio:

*ἠλπόμεθα σκοπέλοισι Μελαντείοισιν ἔχεσθαι
νῆα θοῆν,*

cetera vero sic fere mecum restituas:

*Παιᾶν δ' ἄρ' ἐκηβόλος ἀγχόθι ναίων
Ἀήλου ἀπὸ κραναῆς ἦκεν βέλος, ἐκ δ' ἀνέφηνε
μεσσατίων Σποράδων κραναῆν ~ ~ ~ ~ ~
~ ~ ~ ~ ~ <Ἀνάφην> δὲ ἔ πάντες ὀπίσω
νῆσον ἐπικλήζουσι περικτιόνες ἀνθρώποι.*

¹⁾ non sana sunt quae sequuntur: καὶ υἱὸς Ναξίου τοῦ Πάρου Μελάντιος. aliter schol. Apollon. IV 1707 *Μελαντίους* δὲ δύο σκόπελοι πρὸς τῇ Θήρᾳ οὕτως ὀνομαζόμενοι ἀπὸ Μέλαντος <Μελάντιος?> κατασχόντος τὴν χώραν τὴν προσγορίαν ἔχοντες. Oedipum expectat Hesychii glossa *δαμοῦναι οἱ ἐπὶ Μελαντίας πεμπόμενοι. Λάκωνες*. — ceterum spondeus in quarta hexametri qualem fuisse coniecimus sede neque abhorret ab arte Callimachi (cf. G. Kaibel *Comment. Momms.* p. 326 sqq.) et excusatur nomine proprio.

Sanctamandi enim interpolationi non confido. quod testimonium etsi nullius pretii est (ex Apollonio enim pendet imitator eoque male intellecto) attulisse me non pudet, quamquam memoria scopulorum Melantiorum haud rara apud scriptores. Strabo XIV 636 navigationem ex Trogilio promunturio ad Sunium describit in hunc modum: ἐντεῦθεν δὲ τὸ ἐγγυτάτω διάγραμμα ἔστιν ἐπὶ Σούνιον σταδίων χιλίων ἑξακοσίων, κατ' ἀρχὰς μὲν Σάμον ἐν δεξιᾷ ἔχοντι καὶ Ἰκαρίαν καὶ Κορσίαν (haec videntur esse transponenda), τοὺς δὲ Μελαντεῖους <Μελανθείους cod.> σκοπέλους ἐξ εὐωνύμων . . . Stadiasmus Maris Magni ab anonymo conscriptus (*Geogr. Graec. min.* ed. C. Müller I 498) τοὺς δὲ Μελαντεῖους <Μελανθείους cod. corr. Müll.> <σκοπέλους> καὶ τὴν Μύκονον ἐκ τῶν εὐωνύμων καὶ Τήνον <ἐκ δεξιῶν ἔχων> καταχθῆς εἰς Ἀῆλον 284 ἐκ Ἀῆλου ἐπὶ τὸν Μελάντειον σκόπελον <Μελανθισκόπελον cod. corr. M.> στάδιοι ρπ' — est enim re vera unus scopulus magnus (hodie Stopadia dictus), cui alter exiguus adiacet. Pseudo-Scylax peripl. 113 (*Geogr. Gr.* I 95) ἀπὸ δὲ Μυκόνου διάπλους ἐπὶ τοὺς Μελαντ<ε>ίους σκοπέλους προαρσιτιδίου μικρῶ ἐλάττων, σταδίων ρμ' (numerus corruptus), ἀπὸ δὲ Μελαντ<ε>ίων σκοπέλων πλοῦς εἰς Ἰκαρον προαρσιτιδίου. — locos enumeravi, qui mihi quidem innotuerunt; iam redeamus ad Callimachum. cuius Apollo eo differt ab Apolline Apolloniano, quod τοξέυσας τῷ βέλει εἰς τὴν Θάλασσαν κατήσπραψεν, et (si recte Cononem intellexi) auctor fuit, ut Tellus ex imo mari insulam Anaphen subduceret. libenter concedimus Helbigio (*Untersuchungen über die campanische Wandmalerei* p. 214) haud male esse excogitatam descriptionem Apollonii, qui magistrum egregium superare studuit; itaque factum est, ut apud Cononem missis Callimacheis versus 1709 δεξιτερῇ χρῦσειον ἀνέσχεθες ὑψόθι τόξον expressus sit; maxime vero dolendum de Callimacho nos hac de re non posse iudicare.

Laeti navem appellant, Apollini Aegletae sacrum ponunt. qui de cognomine dei plura scire cupiunt, adeant Wilamowitzii librum *Isyllos von Epidauros* (p. 92 sqq.), ex quo pauca delibamus. Anaphaei ipsi Ἀσγελάταν dixerunt (CIG. 2477. 2477^b cf. *Mitteil. des ath. Inst.* I 249 adn. 1.—2482 *Εὐγνώμων Εὐγνάμωνος ἀρχίατρος Ἀπόλλωνι Αἰγλήτη εὐχὴν* recentioris aetatis est), sed cognomen idem esse docuit Wilamowitzius, qui cum Apollodorum ex Apollonio hausisse perperam statuisset, Cononis auctorem esse Callimachum recte quidem, sed paullo obscurius significavit ¹⁾. — Argonautae diem festum sacrificiis epulisque celebrant, ebrii mulieres lacessunt lacessunturque festivis conviciis ab illis. et ad iocosam concertationem versuum Callimacheorum fragmenta 281 σκέρβολα μυθήσαντο et 253 κηκάδι σὺν γλώσση recte videtur rettulisse Schneiderus, quae primus coniunxit Bergkii *Anth. lyr.* p. 147². denique concedo frg. anon. 21 apud Suidam s. v. ἐλέγχομεν ἀντὶ τοῦ κακολογοῦμεν

νυκτὶ δ' ὄλη βασιλῆας ἐλέγχομεν

sagaciter esse explicatum ab illo, cum βασιλῆας ad Argonautas, νύκτα ὄλην ad παννυχίδα a Conone commemoratam referret. cetera ut nimis incerta missa facio.

Battiadae carmen pro virili parte instauravimus. quaeritur iam primum, e quo fonte fabellam ipse hauserit Callimachus, deinde cuiusnam operis pars fuerit carmen illud summis lineamentis circumscriptum. atque sane haud dissimilis est fabella quae de ea insula ferebatur, ἀντε βροτοὶ Δᾶλον κικλήσκουσι, μάκαρες δ' ἐν Ὀλύμπῳ τηλέφαντον κνανέας χθονὸς ἄστρον (Pind. frg. 87 Bgk.), quod fragmentum qui servavit Pseudo-Philo (de corrupt. mundi) perperam dicit utramque insulam confundens: τὴν δὲ Ἀῆλον καὶ Ἀνάφην ὀνόμασαν δι' ἀμφοτέρων ὀνομάτων πιστού-

¹⁾ neque vero mihi probatur quod Anaphen ipsam a Callimacho Αἰγλήτην dictam esse censet.

μενοι τὸ λεγόμενον, ἐπειδὴ ἀναφανεῖσα δῆλη ἐγένετο, ἀδηλουμένη καὶ ἀφανῆς οὔσα τὸ πάλαι¹⁾. sed hoc non sufficeret, nisi accederet alterum. poeta Cyrenensis in eodem carmine, ut recte coniecit Schneiderus, insulam propinquam celebraverat:

καλλίστη τὸ πάροιθε, τὶ δ' ὕστερον ὄνομα Θήρα,
μήτηρ εὐίππου πατρὶδος ἡμετέρης.

(frg. 112. cl. Apollon. 1763). sed ante Theram, qui coloniam in insulam eiusdem nominis deduxit. Membliarus fuit, Poecilis filius, Cadmi socius: καταλείπει γὰρ ἐν τῇ νήσῳ ταύτῃ ἄλλους τε τῶν Φοινίκων καὶ δὴ καὶ τῶν ἑαυτοῦ συγγενέων Μεμβλίαρον (Herod. IV 147). is si Stephanum Byzantium audimus nomen dedit insulae, cui postmodo nomen fuit Anaphae. Steph. Byz. s. v. Ἀνάφη, (cf. s. vv. Μεμβλίαρος et Θήρα) νῆσος μία τῶν Σποράδων πλησίον Θήρας, ἣτις ἀπὸ Μεμβλίαρον τοῦ σὺν Κάδμῳ πλεύσαντος εἰς ἀναζήτησιν Εὐρώπης Μεμβλίαρος ἐκαλεῖτο, τοῖς δ' Ἀργοναύταις ὑπὸ χεϊμῶνος ἰρυνζομένοις καὶ σκοτομήνης ἀναφανεῖσα Ἀνάφη ἐπικέκληται. scriptorem si recte intellego, μετωνομασία insulae explicatur: ergo cave divellas narratiunculam uni auctori vindicandam. convenit lunae defectus cum Apollonio (v. 1696 sq.), convenit subito apparuisse terram:

τοῖσι δὲ τις Σποράδων βαιὴ ἄνα τόφρ' ἐφάνθη
νήσος ἰδεῖν,

cum Callimachus illam nutu Apollinis e fluctibus emergentem faceret; contra Argonautas procella iactatos esse cum Callimacho convenit. quid plura? nonne et Callimachi et Apollonii auctorem ceteroquin ignotum tenemus? quo uterque ita est usus, ut μετωνομασίαν pariter tacerent. — a Callimacho vero elegia secundi *Αἰτίων* libri origines nominis Anaphae, cognominis Aegletae explanatas esse satis exposuit Scheiderus, qui Apollonio duce omnes quae quidem ad Argonautarum reditum spectant elegias restituere conatus est. at peculiari opus esse disquisitione concedit qui quartum Argonauticorum librum attente perlegerit. quam disquisitionem cum pro angustiis huic libello scholastico circumscriptis longiorem fore intellexerim, unum viri doctissimi errorem satis habeo redarguisse. singulari enim carmine de Argonautarum reditu composito Battiadem egisse vidit A. Meineke (*vindic. Strab.* p. 5, cf. add. p. 239, 247), quem secuti sunt Rauchius (*die Fragmente der Aitien des Kallimachus*, Rastatt 1860 p. 6) et Bergk; quod carmen Ἀργοῦς οἰκισμοὶ inscriptum fuisse coniecit Heckerus (*comment. Callim.* p. 35) e Suida, ubi inter carmina Callimachea Ἀργοῦς οἰκισμοὶ enumerantur²⁾. contradixit Schneiderus facillima viri docti Batavi mutatione repudiata (Call. II p. 79 et 141), sed quae ipse de hoc opere excogitavit, firmo pede non stant. equidem et Schneiderum et Heckerum cum adseclis suis verum vidisse censeo: series elegiarum inter se cohaerentium inscripta fuit Ἀργοῦς οἰκισμοὶ³⁾ et in secundo Aetiorum libro legebatur.

¹⁾ qui error explicatur Aristotelis testimonio apud Plin. h. n. IV 66: hanc (Delum) Aristoteles ita appellatam tradidit, quoniam repente apparuerit enata. cf. II 202: clarae iam pridem insulae Delos et Rhodos memoriae produntur enatae, postea minores, ultra Melon Anaphe. Cornut. c. 32 (p. 67 Lang): Ἀναφαίου Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἰδρῶσαντο τοῦ ἀναφαίνοντος πάντα τοῦτω δ' ἠκολούθησε καὶ τὸ τὴν Δῆλον καὶ Ἀνάφην ἱερὰς αὐτοῦ νομισθῆναι. cognomen sublestae fidei videtur esse. fortasse ad Callimachum referenda est glossa Hesychii Αἰγλήτην ἐπίθετον Ἀπόλλωνος cf. frg. 103.

²⁾ cf. etiam A. H. Hartii dissertationem *observationes criticae in Apoll. Rhod.* Berol. 1863 p. 12.

³⁾ cf. inprimis frg. 104.

II.

De Phalaride et Perillo egisse Callimachum complura docent fragmenta, quae teste eius, qui Parallela minora Plutarcho suppos ita in breviorē formam redegit, ad secundum Aetiorum librum retuleris. sed cum fides Plutarchi falsarii egregia R. Hercheri disputatione (*praef. ad Plutarchi libellum de fluviis* p. 17 sqq.) labefactata sit, disertum eius qui excerpit testimonium spreuit Schneiderus. videamus, quid rei sit. duplex capitis 39 Parallelorum minorum recensio superest, quarum alteram in ipso illo libello confecit grammaticus, alteram aliquanto integriorem servavit Stobaeus (floril. L 49); utramque proponimus.

Plut. parall. 39:

Φάλαρις Ἀκραγαντίνων τύραννος ἀποτόμως τοὺς παριόντας ξένους ἐστρέβλου καὶ ἐκόλαζε. Τέρνζος δὲ τῆ τέχνῃ χαλκουργὸς δάμαλιν κατασκευάσας χαλκῆν ἔδωκε τῷ βασιλεῖ, ὡς ἂν τοὺς ξένους κατακαίῃ ζῶντας ἐν αὐτῇ. ὁ δὲ μόνον τότε γενόμενος δίκαιος αὐτὸν ἐπέβαλεν. ἐδόκει δὲ μυκηθμὸν ἀναδίδουαι ἢ δάμαλις ὡς ἐν δευτέρῳ Αἰτίων <Αἰτιῶν cod. corr. Bentley>.

Stobaeus flor. L 49:

Δωροθέου ἐν ἁ Σικελικῶν.

Φάλαρις Ἀκραγαντίνων τύραννος ἀποτόμως καὶ ἀπαθῆς ὑπάρχων ξένους καὶ παρευρημένους βασάνοις ἔτρυνε καὶ ἐστρέβλου τοὺς ὁμοφύλους. Πέριλλος δὲ τῆ τέχνῃ χαλκουργὸς κατασκευάσας δάμαλιν ἔδωκε τῷ βασιλεῖ δῶρον, ἵνα τοὺς ξένους εἰς αὐτὴν βάλλων κατακαίῃ ζῶντας· μυκηθμὸν δ' ἢ δάμαλις ἀνεδίδου τῷ φυσικῷ παρόμοιον. Φάλαρις δὲ τότε μόνον γενόμενος δίκαιος αὐτὸν τὸν τεχνίτην πρῶτον ἐπέβαλεν.

apud Stobaeum cum alia melius tradita sint — veluti quod Πέριλλος pro Τέρνζος legitur et verba *μυκηθμὸν δ' ἢ δάμαλις ἀνεδίδου*, quae vix intellegas apud Plutarchum, suo loco leguntur — tum testis adfertur Dorotheus. recte igitur Hercherus (*praef. ad Plut. de fluviis* p. 19) eiectis grammatici verbis *ὡς ἐν δευτέρῳ Αἰτίων*, in quibus Callimachi nomen excidisse Bentleius vidit, scripsit *καθάπερ ἱστορεῖ Δωροθέος* e. q. s. sed ipsa illa verba ab Herchero deleta probum atque doctum produnt grammaticum, qui perlecta apud Plutarchum fabella pro teste ficticio eum apposuit, e quo ille sibi visus est hausisse. de fide illius satis constat¹⁾. cuius testimonio ita utamur, ut fere expressam e secundo Aetiorum libro falsarii Plutarchi narrationem censeamus, ecce fragmentum 119:

πρῶτος ἐπεὶ τὸν ταῦρον ἐκαίνισεν, ὅς τὸν ὄλεθρον
εὔρε τὸν ἐν χαλκῷ καὶ πυρὶ γινόμενον,

quod praeter poetas Romanos (de quibus statim dicetur) ante oculos fuisse ei qui Phalaridi famosas illas epistulas supposuit rectissime observavit Bentleius (*de epist. Phalar.* p. 250 versionis Ribbeckianae) a Schneidero neglectus. apud Athenienses enim in hunc modum se excusat tyrannus ep. 122 (*Epistologr. Graec.* ed. Herch. p. 446): *πέποιθα δὲ μήθ' ὑμῶν τῷ μήτε τῶν ἄλλων Ἑλλήνων τὴν λώβην ἀδικὸν φανεῖσθαι, ἣν τις ἐτέροις ἐτεκίγηται, αὐτὸν ἐμφορήσασθαι τὸν μηχανησάμενον . . . καίτοι γ' ὑπὲρ ἐμοῦ τὸν ὄλεθρον εὔρε κατὰ τῶν ἐπιβουλεόντων ἀχθεινότατον.* Callimachum secutus est Ovidius in *Arte amatoria* I 653 sq.:

et Phalaris tauro violenti membra Perilli
torruit: infelix imbuit auctor opus.

¹⁾ cf. Maass *analecta Eratosthenica* p. 95 (*Philologische Untersuchungen VI.* Berolini 1883).

copiosius narravit historiam Trist. III. 11, 39 sqq.:

saevior es tristi Busiride, saevior illo,
 40 qui falsum lento torruit igne bovem,
 quique bovem Siculo fertur donasse tyranno
 et dictis artes conciliasse suas:
 'munere in hoc, rex, est usus, sed imagine maior,
 nec sola est operis forma probanda mei.
 45 aspicias a dextra latus hoc adaperitile tauri?
 huc tibi, quem perdes, coniciendus erit.
 protinus inclusum lentis carbonibus ure:
 mugiet, et veri vox erit illa bovis.
 pro quibus inventis, ut munus munere penses,
 50 da precor ingenio praemia digna meo!
 dixerat. at Phalaris 'poenae mirande repertor,
 ipse tuum praesens imbue' dixit opus!¹⁾
 nec mora: monstratis crudeliter ignibus ustus
 exhibuit geminos ore gemente sonos

nomen tyranni exhibet frg. 194: τὴν κείνου Φάλαρις πρᾶξιν ἀπεπλάσαστο' κείνου ad Busiridem esse referendum docet Ovidius a. a. I 646:

in laqueos quos posuere cadant.
 dicitur Aegyptos caruisse iuvantibus arva
 imbribus atque annos sicca fuisse novem;
 cum Thrasius Busirin adit monstratque piari
 650 hospitis adfuso sanguine posse Iovem.
 illi Busiris 'fies Iovis hostia primus'
 inquit 'et Aegyptō tu dabis hospes aquam.'
 et Phalaris tauro violenti membra Perilli
 torruit. infelix imbuit auctor opus.
 655 iustus uterque fuit: neque enim lex aequior ulla est,
 quam necis artifices arte perire sua.

¹⁾ 52 speciose Heinsius princeps scripsit, sed praesens R. Ehwaldius recte retinuit. eundem auctorem sequuntur Ovidius trist. V 1, 53 sp.:

ipse Perilleo Phalaris perussit in aere
 edere mugitus et bovis ore queri.

Ibis 437: Aere Perilleo veros imitere iuvenco
 ad formam tauri conveniente sono.

ex Pont. II 9, 43: non tibi Cassandrus pater est gentisve Pheraeae
 quive repertorem torruit arte sua.

III 6, 41: forsitan haec domino Busiride iure timeres
 aut solito clausos urere in aere viros.

Propert. III 25, 11: nonne fuit satius duro servire tyranno,
 et gemere in tauro, saeve Perille, tuo?

cf. Sil. Ital. XIV 211 sqq.

etiam Claudianus in Eutrop. I 159 sqq. haud fortuito utramque fabulam coniunxit:

*sic multos fluvio vates arente per annos,
hospite qui caeso monuit placare Tonantem,
inventas primus Busiridis imbuit aras,
et cecidit saevi quod dixerat hostia sacri,
sic opifex tauri tormentorumque repertor,
qui funesta nova fabricaverat aera dolori,
primus in expertum Siculo cogente tyranno
sensit opus docuitque suum mugire iuencum.*

neque enim credo Claudiano doctrinae Alexandrinae perito¹⁾ solum Ovidium ante oculos esse obversatum. denique audiendus Ibis Nasonis 397:

*ut qui post longum sacri monstrator iniqui
elicuit pluvias victima caesus aquas.*

utramque fabulam coniunctam fuisse a Battiaede ex imitatoribus laudatis iure concluderis. neque adversantur fragmenta 222:

τεύχων ὡς ἑτέρῳ τις ἔῳ κακὸν ἤπατι τεύχει

et 182: *Αἴγυπτιος προπάροιθεν ἐπ' ἑννέα κάρφετο ποίας* cl. Senec. quaest. nat. IV 2, 15. iam haec mihi compara:

Apollod. II 5 11, 6:

Μετὰ Λιβύην δὲ Αἴγυπτον διεξήει. ταύτης ἐβασίλευε Βούσιρις Ποσειδῶνος παῖς καὶ Ἀνσιανάσσης τῆς Ἐπάφου. οὗτος τοὺς ξένους ἔθνευ ἐπὶ βρωμῇ Διὸς κατὰ τι λόγιον ἑννέα γὰρ ἔτη ἀφορία τὴν Αἴγυπτον κατέλαβε, Θράσιος δὲ ἔλθων ἐκ Κύπρου, μάντις τὴν ἐπιστήμην, ἔφη τὴν ἀφορίαν παύσεσθαι, εἰ ἂν ξένον ἄνδρα τῷ Διὶ σφάξωσι κατ' ἔτος. Βούσιρις δὲ ἐκείνον πρῶτον σφάξας τὸν μάντιν τοὺς παριόντας ξένους ἔσφαξε. συλληφθεὶς οὖν καὶ Ἡρακλῆς τοῖς βρωμοῖς προσεφέρετο, τὰ δὲ δεσμὰ διαρρήξας τὸν τε Βούσιριν καὶ τὸν ἐκείνου παῖδα Ἀμφιδάμαντα ἀπέκτεινε.

Hygin. fab. LVI.:

Busiris.

In Aegypto apud Busiridem Neptuni filium cum esset sterilitas et Aegyptos annis novem siccitate exaruisset, ex Graecia augures convocavit. Thrasius²⁾ Pygmalionis vatis filius Busiridi monstravit immolato hospite venturos imbres promissisque fidem ipse immolatus exhibuit³⁾.

5
10
Plut. Parall. min. 38. *Βούσιρις παῖς Ποσειδῶνος καὶ Ἀνίππης τῆς Νείλου τοὺς παριόντας ὑπόιλῳ φιλοξενίᾳ κατέθνε· μετῆλθε δ' αὐτὸν ἢ τῶν τετελευτηκότων νέμεσις. Ἡρακλῆς γὰρ ἐπιτεθεὶς τῷ ἡοπάλῳ διεχορήσατο ὡς Ἀγάθων Σάμιος.*

¹⁾ cf. quae disputavi in *quaestionibus Phaethonteis* p. 50, p. 62 sqq. (*Phil. Unters.* VIII. Berolini 1886.)

²⁾ 5 *Thasius* Fris. corr. *Micyllus* 6 *fratris* corr. Heinsius et Muncker.

³⁾ de Phalaride dixit ni fallor Hyginus c. 257 *qui inter se amicitia iunctissimi fuerunt*, sed horum capitulum (de quibus disputavi in *Hermae* vol. XVI p. 585—601) condicio tam est misera, ut hodie de pristina forma diiudicari nequeat. neque ausim decernere, quantum valeat Philargyrius, qui adhuc sordibus obrutus iacet, ad Virg. Georg. III 5, cuius verba adscribo: *Busiris Aegypti rex omnibus annis Iovi hospites immolabat: nam per octo annos Aegypto sterilitate laborante, Pygmalion (sic) Cyprius finem futurum non ait, nisi sanguine hospitis litatum fuisset. primus autem Thyestes (sic) alienigena immolatus originem sacrificio dedit. Alii sic: Busiris Neptuni filius rex Aegypti, qui cum Iovi hospites immolaret, pari exemplo mactatus est ab Hercule, ipsum quoque ausus aris admovere.*

nonne ex eodem fonte videntur esse derivata? quem fuisse Callimachum iam opinor satis erit apertum. neque enim multum curo quod Pseudoplutarchus aliam testatur matrem Busiridis neque quod testem adscripsit ficticium: illud, nisi corruptela latet (quod equidem credo), condonandum scriptori, hoc ex more falsarii est. ergo tenemus argumentum carminis Callimachei, quod quale fuerit ex imitatoribus Romanis fieri non potest quin cogitatione tibi sis ficturus. iam cum Phalaridem tum cum poena afficeret Perillum, solum iustum se praebuisse non solum Plutarchus sed etiam Ovidius diserte moneant, vide num Callimachi sit versiculus

τῶν ἀδίκων ἔργων ἐν τῷ δικαιοτάτῳ,

quem e Suida restituit Bergkiius PLG. III p. 691⁴. nam quod Polybius XV 25 proverbium dicit (*Δείωνα τὸν Δείωνος ἐπανελλετο Ἀγαθοκλῆς καὶ τοῦτο ἐπραξε τῶν ἀδίκων ἔργων, ὡς ἡ παροιμία φησί, δικαιοτάτῳ*. cf. IV 18), paene in proverbium venit versus Hesiodi op. 265 (cf. Aristot. Rhet. III 9): οἱ αὐτῷ κατὰ τεύχει ἀνὴρ ἄλλω κατὰ τεύχων, e quo profecit Callimachus¹).

Busiridis fabulam celebratam ab Epicharmo (p. 223 Lor. cf. p. 131) in deliciis fuisse comitorum notum est (cf. Meineke *hist. crit.* p. 351) de quibus cum aequae parum constet ac de Busiride Euripideae, exilia fragmenta percensere nolo: nihil enim prosunt quaerenti undenam Callimachus argumentum sumpserit²). equidem responsum paratum non habeo, sat vulgata enim fuit fabula —

quis aut Eurysthea durum
aut illaudati nescit Busiridis aras?

sed cum in fine narrationis Apollodoreae additum sit Busiridem simul cum Amphidamante filio ab Hercule esse occisum, haec duo comparanda sunt testimonia ex eodem enchiridio derivata:

Schol. Apollon. IV 1396:

εἶτα ἀφικνεῖται (Hercules) ἐπὶ τὸν Νεῖλον εἰς Μέμφιν παρὰ Βούσιριν τὸν Ποσειδῶνος, ὃν κτείνει καὶ τὸν παῖδα αὐτοῦ Ἰφιδάμαντα καὶ τὸν κήρυκα Χάλβην καὶ τοὺς ὀπάοντας πρὸς τῷ βωμῷ τοῦ Διός, ἐνθα ἐξενοκτόνουν.

Hygin. fab. 31 (in Parergis Herculis):

Busiridem in Aegypto, qui hospites immolare solitus erat <sc. necavit>. huius legem cum audit, passus est se cum infula ad aram adduci. Busiris autem cum vellet deos imprecari, Hercules eum clava ac ministros sacrorum interfecit.

manifestusne consensus scholiastam inter et Apollodorum? nam quod hic Amphidamantem filium appellat, qui illi Iphidamas audit, idem est nomen. porro cum scholiasta e Pherecyde (numerus libri corruptus) se hausisse profiteatur, hunc fructum certe percepimus, ut constet de scriptore, quem auctorem fuisse Callimacho haud improbable est³).

¹) Apostolius cent. XVII 78 narrationem suam de Phalaride pessimam claudit in hunc modum ἡ ποῦ γε ἐς τόνδε τὸ τοῦ Ἡοῖδου ἠλήθευσεν Οἱ αὐτῷ κατὰ τεύχει e. q. s.

²) de Isocratis oratione, quam ante oculos obversatam esse Vergilio vix recte dicit scholiasta, disputare nolo.

³) fabulam de Tiresia in Lavacro Minervae e Pherecyde haustam esse monuit Wilamowitzius (*Hom. Untersuchungen* p. 146 a. 1. = *Philol. Unters.* VII). ceterum contra Pherecydam ni fallor tecte pugnavit Herodotus II 45: λέγουσι δὲ πολλὰ καὶ ἄλλα ἀνεπισκέπτως οἱ Ἕλληνες, εὐήθης δὲ αὐτῶν καὶ ὄδῃ ὁ μῦθος ἐστὶ τὸν περὶ τοῦ Ἡρακλέους λέγουσι, ὡς αὐτὸν ἀπικόμενον ἐς Αἴγυπτον στέφαντες οἱ Αἰγύπτιοι ὑπὸ πομπῆς ἐξῆγον ὡς θύσοντες τῷ Δίῃ: τὸν δὲ τέως μὲν ἔουχίην ἔχειν, ἐπεὶ δὲ αὐτοῦ πρὸς τῷ βωμῷ κατέχοντο, ἐς ἄλλην τραπέμενον πάντας σφραγ καταφονεῖσαι. altioris est indaginis quemnam auctorem Pherecydes ipse, cum fabulam narraret, secutus sit. parum enim valet frg. Hesiodi 22 Rzach.

Sed haec quidem hactenus; iam transeamus ad historiam quae est de Phalaride et Perillo. Siculi tyranni primus mentionem facit Pindarus Pyth. I 94:

οὐ φθίνει Κροίσου φιλόφρων ἀρετά.
τὸν δὲ ταύρω χαλκῶφ καντήρα νηλέα νόον
ἔχθρὰ Φάλαριν κατέχει πάντα φάτις.

tamquam notissimi. at difficile est dictu, undenam fama poetae ad aures pervenerit, siquidem mera fuit fama. exempli causa fingo apud Stesichorum, quem aequalem Phalaridis fuisse Aristoteles (Rhet. II 20) existimavit, tale quid legisse Pindarum. post Pindarum Aristoteles demum crudelitatem Phalaridis tangit Eth. Nicom. VII 6 (p. 1149^a 15): οἷον εἰ Φάλαρις κατέχευ ἐπιθυμῶν παιδίου φαγεῖν, quae explicantur p. 1148^b 20, augentur a Clearcho peripatetico ap. Athen. IX 396^e: Κλέαρχος δ' ἐν τοῖς περὶ βίαν εἰς τοῦτό φησιν ὁμόσητος Φάλαριν τὸν τύραννον ἐλάσαι, ὡς γαλαθηνὰ θοινᾶσθαι βρέφη. contra Heraclides Ponticus ἐν τῷ περὶ ἐρωτικῶν (Athen. XIII 602^b) tam clementem fuisse illum narraverat erga Charitonem Melanippumque coniuratos, ut dei diem eius supremum proferendum censerent²). quamquam alio scripto celebre matris tyranni de immani filii crudelitate somnum prodiderat (Cic. de divin. I 23). sed de his rebus omnibus diligenter congestis iudicium censuramque fecerat Timaeus historicus teste Polybio XII 25: περὶ τοῦ ταύρου τοῦ χαλκοῦ τοῦ παρὰ Φαλαρίδος ἐν Ἀκράγαντι, εἰς ὃν ἐνεβίβαζεν ἀνθρώπους κάπειτα πῦρ ὑποκαίων ἐλάμβανε τιμωρίαν παρὰ τῶν ὑποταττομένων τοιαύτην ὥστε ἐκπυρουμένον τοῦ χαλκοῦ τὸν μὲν ἀνθρώπον πανταχόθεν παροπτύομενον καὶ περιφλεγόμενον διαφθεῖρεσθαι, κατὰ δὲ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἀληθοσύνης, ὅποι' ἀναβοήσειεν, μνηθμῶ παραπλήσιον τὸν ἦχον ἐκ τοῦ κατασκευάσματος προσπίπτειν τοῖς ἀκούουσι . . . ὅμως Τιμαῖος ἐπεβάλετο καὶ τὴν κοινὴν φήμην ἀνασκευάζειν καὶ τὰς ἀποφάσεις τῶν ποιητῶν καὶ συγγραφέων ψευδοποιεῖν, cum diceret taurum qui esset Carthagine, Agrigento advectum non esse neque eius modi taurum Agrigenti unquam extitisse (cf. Diodor. XIII 90. Müller FHG. I p. 222). accedit schol. Pind. Pyth. I 185: κατασκευάσαι δὲ αὐτὸν φασί (scr. φησι, nam antecedit Timaei nomen, cf. Diod. XXXII 25) Περίλαον καὶ πρᾶτον ἐν αὐτῷ κατακαῆναι. iam vero cum statim sequatur Callimachi distichon 119, poetam e Timaeo pendere veri est simillimum³). cuius auctoritatem multum valuisse apud poetas Alexandrinas, Lycophronis Alexandra multis locis clamat. sane exoptandum est, ut aliquando Timaei doctrina in carmine illo tenebricoso indagetur, unde fragmenta historici gravissimi adauctum iri persuasum habemus. interim frustulum eruisse contenti sumus, quod quidem ad fabellam quandam in Aetiis celebratam spectat. vaticinatur Cassandra Lycophronea inde a v. 1141, quos appositis scholiis gravissimis integros transscribam:

¹) Clearchum sequitur Tatianus orat. ad Graecos 34 (p. 132 Otto).

²) ex eodem fonte Aelianus saepius hausit (Var. hist. II 4, frg. 45, 46 — mirum in modum verba *Λοξία*; δὲ καὶ Ζεὺς πατὴρ ἀναβολὴν θανάτου ἐψηφίσαντο Φαλάριδι cum Eusebio (praep. ev. V 35 p. 233^c), qui ceteroquin Oenomai Cynici librum *Γοήτων φωνὰ* exscripsit (cf. J. Bernays *Lucian und die Kyniker* p. 35), concinunt 318); Plut. amat. 16.

³) *Περίλλος*, quo nomine usi sunt Callimachus eiusque imitatores, diminutivum est nominis Perilai. Tzetz. chil. I 646 quae refert e Luciani Phalaridibus et Diodoro integriore conglutinata sunt. somnium Himeraeae cuiusdam mulierculae ab Heraclide in eodem opere narratum, e quo matris Phalaridis somnium Cicero petivit, etiam a Timaeo receptum esse docuit Meineke *Anal. Alex.* p. 355. inter scriptores quos mendacii insimulaverat, fuit fortasse Philistus; scite de hoc disputavit Bergk *PLG.* III p. 233¹. ceterum de Perillo artifice novissime dixit Robertus *Archäologische Märchen* p. 44. a. 1. (*Philol. Unters.* X. Berol. 1887).

Πένθος δὲ πολλαῖς παρθένων τητομέναις
 τεύξω γυναιξίν αὖθις, αἱ στρατηλάτην
 ἀθεσμόλεκτρον, Κίπριδος ληστὴν θεᾶς
 δερόν στένουσαι κλῆρον εἰς ἀνάροισιν
 στελοῦσι παῖδας ἐστερημένας γάμων . . .
 ὑμεῖς ἐμῶν ἕκατι δυσοσεβῶν γάμων
 ποινὰς Ἰνγαίᾳ τίσειτ' Ἀγρίσκα θεᾶ
 τὸν χιλίωρον τὰς ἀνυμφεύτους χρόνον
 πάλον βραβεύεις γηροβοσκοῦσαι κόρας.
 αἷς ἀκτέριστος ἐν ξένη ξένας τάφος
 ψάμμω κλύδωνος λυπρὸς ἐκκλυσθήσεται,
 ἐπὴν ἀκαρποῖς γυῖα συμφλέξας φρυτοῖς
 Ἐφραιστος εἰς θάλασσαν ἐκβράση σποδὸν
 τῆς ἐκ λόφου Τράρωνος ἐφθιτωμένης.
 ἄλλαι δὲ νύκτωρ ταῖς θανουμέναις ἴσαι
 Σιδῶνος εἰς θυγατρὸς ἴξονται γύας,
 λαθραῖα καὶ κέλευθα παπταλώμεναι,
 ἕως ἂν εἰσθρέξωσιν Ἀμφείρας δόμους
 λιταῖς Σθένειαν ἴκτιδες γονοῦμεναι.
 θεᾶς δ' ὀφελτρεύσουσι κοσμοῦσαι πέδον
 δρόσῳ τε φοιβάσουσιν, ἀστεργῆ χόλον
 ἀσιῶν φρυγοῦσαι. πᾶς γὰρ Ἴλιεύς ἀνὴρ
 κόρας δοκεύσει, πέτρον ἐν χερσὶν ἔχων
 ἢ φάσγανον κελαινὸν ἢ ταυροκτόνον
 στερορὰν κίβηλιν ἢ Φαλακραῖον κλάδον,
 μαιμῶν κορέσσαι χεῖρα διφῶσαν φόνου·
 δῆμος δ' ἀνατεῖ τὸν κτανόντ' ἐπαινέσει,
 τεθμῶν χαράξας, τοῦπιλωβήτον γένος.

1150

1155 Τίμαιος ἱστορεῖ, ὅτι αἱ παραγενόμεναι
 παρθένοι ἐδοῦλενον ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀθηνᾶς,
 δίο οὔσαι· εἰ δὲ τις ἀποθάνοι, ἑτέραν παρα-
 γίνεσθαι ἀντ' αὐτῆς, ἐκείνην δὲ οὐ θάπτεσθαι
 ὑπὸ τῶν Τρώων, ἀλλὰ καίεσθαι ἀγρίοις ξύ-
 λοις, καὶ τὰ ὄστα αὐτῆς ῥίπτεσθαι εἰς θά-
 λασσαν.

1160

ad 1157 . . . ἐπειτέτραπτο δὲ τοῖς Τρωσὶ,
 καὶ ἡνίκα ἦσθοντο παραγινομένας αὐτὰς ἐκ
 Λοκρίδος λίθους ἔχοντες καὶ ξίφη ἐπεξήρσαν
 αὐταῖς . . .

1165

ad 1159 συνέβη μιᾷ στελλομένη ἐκ Λοκρίδος
 διαφθαρεῖν ἐπὶ τινος λόφου τῆς Τροίας κα-
 λουμένου Τράρωνος· εἶτα τοὺς Λοκροὺς τὴν μὲν
 θάψαι, σιωπῆσαι δὲ καὶ μηκέτι πέμπειν τὰς
 παῖδας, φάσκοντας πεπληρωῦσθαι τὸν τῶν
 ἐτῶν χρόνον. ἀκαρπίας δὲ κατασχούσης αὐ-
 τοὺς πάλιν πέμπειν οὐκέτι δύο, ἀλλὰ μίαν
 ἀρκοῦσαν εἶναι δοκούντας τὴν τιμωρίαν ὃ δὲ
 χρησμὸς οὐκ εἶχεν ὠρισμένον χρόνον, ἀλλ' εἰς
 δύο ἀντὶ τῆς ἀδικίας <novissima verba e
 Tzetze explicaveris¹⁾.

1170

continuae narrationis fragmenta superesse in scholiis elucet, Timaeum auctorem esse insuper
 docent Tzetz. ad v. 1141: ὡς φησι Τίμαιος ἐ Σικελός. μέμνηται δὲ τῆς ἱστορίας καὶ ὁ Κυρη-
 ναῖος Καλλιμάχος et Polyb. XII 5. ergo Lycophro — nam ἀμάρτυρον οὐδὲν αἰεῖδει — nisi quod
 ampullas tragicas et sesquipedia verba ipsi relinquimus, versibus reddidit solutam scriptoris
 orationem. eandem versibus redditam esse a Callimacho fidem facit scholium A ad. Hom. N 66
 quod fatigatus tot versibus transscribendis transscribere nolo (Schneideri fragmentum est 13^d),
 additur enim: ἡ ἱστορία παρὰ Καλλιμάχῳ ἐν α' Αἰτίων καὶ παρὰ τῷ ποιητῇ ἐν τῇ δ' τῆς

¹⁾ cf. Annaeum Placidum in schol. ap. Serv. Verg. Aen. I 41, qui addit virginem de ea tribu fuisse, de
 qua fuisset Ajax. cetera testimonia collegerunt O. Müller *Orchomenus* p. 162. Welcker *Griech. Tragöd.* p. 164, cf.
 Meineke *Anal. Alex.* p. 165. de Euphorionis versibus (ap. Plut. de sera num. vind. p. 557^d) alio loco disputabo.
 ceterum antiquissimi testis Aeneae (comm. poliore. 31) testimonium removet A. Hug *Aeneas von Stymphalos* p. 8
 adn. 3 (Turici 1877) utpote interpolatum e Timaeo.

Ὀδυσσεΐας παχυμερῶς. et bene quidem additur, cum verba *διανηξάμενος* usque ad *παρέδωκεν* comparare liceat cum Homero (δ 506 sqq.), verba quae initio posita sunt, concinant cum Callimachi fragmento 132 (cf. Dilthey *de Cyd.* p. 69), ut vel inde iure concluderis cetera quoque esse referenda ad Callimachum. iam vero cum memorabilis sit consensus scholiastam inter et Lycophronem et de sepulcro Aiacis (*ἐκκριθέντα δὲ αὐτὸν κατὰ Ἀἴλλον νεκρὸν Θέτις ἐλεήσασα θάπτει* cl. Lycophr. 399) et de virginibus Troiam mittendis, communem fontem quaerentibus nobis ultro se offert Timaeus Tauromenitanus. cui coniecturae unum est quod addam. revocandum ad illam Battiadae elegiam fragmentum 13^e de Phalacra promunturio; eius enim Callimachus in primo Aetiorum libro meminerat. de Schneideri ariolatione tacere praestat: legas Lycophronis versum 1170, locum frustulo adsignabis.

Ad Phalaridem redeamus. de nece eius egisse Callimachum, etsi ut hoc statuamus, suadet perpetuus imitator Ovidius Ib. 439:

*utque ferox Phalaris lingua prius ense resecta,
more bovis Paphio clausus in aere gemas,*

plane nescimus, Timaeum acerrimum aliorum scriptorem castigatorem egisse certum est¹⁾. accedit aliud. iure quispiam quaesiverit, quod *αἴτιον* insit historiae. scilicet nullum inest, neque e Busiridis fabella, qualem quidem a poeta conformatam esse statuimus, facile quis elicuerit. sed cohaeret haec fabula cum fabulis Herculeis, quarum permultae ad origines cognominis alicuius morisve in rebus sacris usu recepti explicandas fictae sunt. veluti Apollodorus rebus Busiridis narratis pergit (fabulam Trachiniam simillimam in uno conspectu composui):

II 5 11, 8:

*διεξιῶν δὲ Ἀσίαν Θεσμυδραῖς Λινδίων λιμένι
προσίσχει. καὶ βοηλάτου τινὸς λύσας τὸν
ἕτερον τῶν ταύρων ἀπὸ τῆς ἀμάξης εὐωχεῖτο
θύσας. ὁ δὲ βοηλάτης βοηθεῖν ἐαντιῶ μὴ
δυνάμενος σίᾳς ἐπὶ τινος ὄρους κατηράτο,
διὸ καὶ νῦν, ἐπειδὴν θύωσιν Ἡρακλεῖ, μετὰ
καταρῶν τοῦτο πράττουσι.*

II 7 7, 1:

*διεξιῶν δὲ Ἡρακλῆς τὴν Δρυόπων χώραν
